

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis**

**Jonston, Jan**

**Amstelodami, 1661**

Caput XLII

**urn:nbn:de:bsz:31-97032**

Lithuania allatum, tanta latitudinis, ut maximo compereret bovi *Vadianus* testis est. Caput illi tam infirmum, ut colapho infracto exanimetur. *Plin.* Aquam morsu vorat bibendo, degustatisque mandragoræ malis, forniceti linctû sanitatem recuperat. Majorem mure dicitur parere fortum, minorem fele, nudum, membris indiscretum *Gillius*, & rudem *Plin.* At excisus aliquando in Polonia, ad Gesnerum missus, longior erat digito, crassitudine pollicis, corpore articulado, posterioribus cruribus exceptis. *Gesnerus.* Opimo præditus habitu, latibulum supinus dorsi ingreditur tractu, & vestigia ne venatores conspiciant obliterat; In eo 40 dierum spacio extenuat corpus, quatuordecim immobiles, dextri pedis se sustentat linctû. Vbi intestinum attenuari, ut fere cohæreat, persensit, egressus Aro herba pascitur. *Ælian.* Nulla tunc cibi argumenta, nec nisi humoris in alvo minimum, sanguinis exigæ circa præcordia guttæ. Per id tempus coctas carnes, asservatas increfcere credidit *Theophrastus.* Fœminas amat: Visus in Allobrogibus, qui comprehensam puellam, in latibulum detulit, & Venereo profecutus complexu, agrestibus aluit pomis. Mitescere, Suidrigelus Princeps Lithuanix ostendit. Vrsam enim nutrit, quæ ejus sueta ex manibus panem sumere, excursionibus in sylvam factis redibat, patensque ei ad thalamum principis via. *Volaterr. l. 7.*

CAPUT XLII.  
DE VULPE.

Vulpium Caspiarum tanta est multitudo, ut & agrestia adeant stabula, ingrediantur & urbes. *Ælian.* & quidem tam cicures ut caniculorum instar blandiantur. Robustæ in Sardinia: Nam ferocissimum etiam arietem occidunt, tenerumque vitulum. *Munster.* Albæ sunt in Moscovia; fœdo in Arabia pilo, audacia insigni. Mutuo vesperi ululatu excitæ præ antes noctu calceamenta etiam rapiunt. *Scaliger.*

P  
Annus

Amnes congelatos in Thracia tranſituræ, appoſita ad  
glaciem aure, craſſitudinem conjeſtant. *Plin.* Avium  
gregem ubi volare conſpexerint, volutato in rubra ar-  
gilla corpore, ut ſanguineæ appareant, mortem ſimu-  
lant, ſed confidentes in corpore ſuo aviculas devorant.  
*Herus.* Pulcibus infeltatæ, ſtipula molliore aſſumpta,  
poſteriori parte immerguntur. Fuga frigidæ pulices ca-  
put petunt; hoc etiam immerſo, in ſtipulam inſiliunt.  
Qua abjeſta fugiunt vulpes.

### CAPUT XLIII. DE VNICORNU.

DE *Monocero* diverſæ ſunt apud authores ſenten-  
tiæ. Dari quidam ambigunt, negant quidem, af-  
firmant nonnulli. *Garſias ab Horto* Proregis Indiæ  
Medicus, ſimile deſcripto à quibuſdam *Monocero*  
viſum animal notavit: Cornu præditum mirabili, quod  
modo in ſiniſtrum & dextrum obverteret, modo at-  
tolleret, demitteret modo. *Ludovicus Vertomannus*,  
duos Sultano ex *Æthiopia* miſſos *Meche*, ad *Mahume-*  
*tis* ſepulchrum, ſe vidiffe ſcribit, cancellis obſeptos, mi-  
nime feroces. Quin cornua illius multis oſtentantur in  
locis. Habet *Dioniſii* fanum integrum in obſcuro atæ  
fornice, aquæ extrema ſui parte immerſum. Potanda  
datur aqua cryptam ſubeuntibus; ea hauſta ſubito in  
copioſum exſolvuntur ſudorem. Viſitur & apud *Vene-*  
*tos* in *San-Marciano* delubro; nec non *Romæ* purpu-  
rea obduſtum tunica. *Venetum* quendam *Judæum* fuiſ-  
ſe ſcribit *Aldrovandus*, qui legitimi poſſeſſionem jacta-  
vit, miro comprobavit exemplo. Nam circumſcri-  
pto in menſa cornu ſpacio, ſcorpionem & araneum  
immiliſit. Tranſire reptantes beſtiæ terminum cum non  
potuiſſent, umbra an virtute? enecatæ ſunt. Deſcribi-  
tur autem à *Cardano*, quod ſit animal rarum, equi ma-  
gnitudine, pilo muſtella ſimillimo, capite cervino, in quo  
unum creſcit cornu, cubitorum trium longitudine, media  
in fronte, idque rectum, in imo amplam tendens in aciem.  
Collum